



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Minister eiusdem. Caput II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

CAPUT II.

Minister Sacramenti Matrimonii.

1. **C**erta jam, & vera sententia nunc est, ipsos conjuges esse hujus Sacramenti Ministros, perinde, ac iidem sunt suscipientes. Ratio est, quia Christus Dominus instituit hoc Sacramentum juxta naturam ipsius contractus; at Ministri, seu ii, qui contractum efficiunt, sunt iidem, qui contrahunt, quique in se obligationem suscipiunt, ergo, & c. Lege Bellarm. ubi contrariam opinionem appellat temerariam.

*à Bellar.
lib. 1. de
matr. c. 6.
& sequen-
sibus.*

2. Hinc fit, ut verba Parochi, quibus dicit, se conjugere Sponsos, non sint de essentia Matrimonii; ipse enim, solum est assistens Matrimonio, non illud conferens: nam propterea, si assistat in statu peccati mortalis, non peccat assistendo, quia is, nec Sacramentum ministrat, nec suscipit.

3. Sed quid, si ipsi conjuges sint in dicto peccati mortalis statu, quando contrahunt?

Respondeo. Quod peccent ex eo, quod in malo statu hoc Sacramentum suscipiant, certum est, quia omnia Sacramenta vivorum requirunt, suscipientem esse in statu gratiæ, ut scilicet illam augeant, quemadmodum explicant fuse Theologi; sed dubium est, an item peccent ex eo, quod indigne ministrant.

4. Dico, esse duas oppositas sententias. *Navarr.* Navarrus *b* putat, peccare mortaliter, etiam *ap. Sanc. l.* ut Ministros, quippe qui conferant sibi hoc *2. de matr.* Sacramentum ex officio, & ad hoc Deputati. *disput. 6.* Sañc. *c* vero, alique censent, ut sic, non pec- *ca-* care mortaliter, quia, licet conjuges sint ad *e Sanc. ib.* hoc deputati, non tamen sunt consecrati ad *n. 4. itans* hoc Sacramentum administrandum, pro quo *Suar. ali-* non fuit necessaria, ut Consecratio: Quod *osque.* autem Consecratio sit necessaria, ut Minister *d Supr. lib.* Sacramenti peccet, alibi *d* diximus. Hanc po- *1. de Sacr.* steriorem sententiam, ego ibidem amplexus *in genere* sum, & iterum amplector; licet cum eo- *c. 2. §. 3.* dem *Suar. & Sanc.* fatear, opi- *§. 4.* nionem *Navarr.* esse pro- *babilem.*

CAPUT III.

Matrimonium inter absentes, an sit Sacramentum?

1. **E**sse Sacramentum, omnino tenendum est cum multis, quos citat, sequiturque Castropalaus & quidquid *e Castrop.* dicit Durandus, alique pauci apud Sanch. *f. de spons. l.* quorum rationes levissimas vocat ibidem Ca- *2. p. 2. n. 1.* stropalaus, & eadem solvit. Ratio nostra po- *f. Sanc. l.* tissima, cujus vi omnia ferè contraria argu- *d. 11. n.* menta dissolvuntur, est, quia Christus Do- *2. 6.* minus instituit hoc Sacramentum, elevando *rationem contractus naturalis, qui est in Ma-* *trimonio, ad rationem Sacramenti; at ratio* *contractus naturalis æquè est, si fiat per ipsos* *principales præsentés, ac, si fiat per Procura-* *torem inter absentes, ut nemo negat, ergo,* *& c. Adde, ex Concilio g Tridentino haberi,* *g Conc.* *Matrimonium Fidelium esse Sacramentum, Trid., c.* *24. c. 1.* *At Matrimonium per Procuratorem, sive et-* *iam per Epistolam, non æquivocè, nec pro-* *portionaliter, sed univocè Matrimonium est,* *quis enim unquam inter Catholicos fuit, qui* *auderet dicere, duo genera Matrimoniorum* *esse in Ecclesia Dei, undè inferre posset, alter-* *rum esse Sacramentum, alterum non item?*

2. Materia ergo, & forma in matrimonio per Procuratorem est item traditio; & acceptatio corporum facta à principalibus contrahentibus, quatenus exprimitur per verba, vel per signa à Procuratoribus exhibita.

3. Hinc merito Procuratorem non obligamus ad statum gratiæ, quando suum hoc munus exercet, obligamus autem ipsos principales, ut recipientes Sacramentum debere esse in gratia, quando verosimiliter putant, Procuratorem nomine ipsorum contrahere. Quo tempore, etiam si dormirent, reciperent gratiæ augmentum; sicuti tunc reciperent Sacramentum matrimonii, quemadmodum occurrit, quando quis vigilans, vel sanus petiit Baptismum, & deinde cum dormit, vel phræneticus est, baptizatur, nam tunc, & Sacramentum recipit, & gratiam. Dixi (ut recipientes) ut ministrantes enim non habere hanc obligationem, dictum est modo cap. 2.

CAPUT